



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

LXXIX. Johann, Bischof von Lebus, tritt seine Zehntrechte in der Herrschaft Przeworsk in Galizien zur Stiftung einer dortigen neuen Kirche ab, am 28. April 1393.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

LXXXIX. Johann, Bischof von Lebus, tritt seine Zehntrechte in der Herrschaft Przeworsk in Galizien zur Stiftung einer dortigen neuen Kirche ab, am 28. April 1393.

Joannes, Dei et Apostolice sedis gratia Episcopus Lubucensis, — — Quia bona nostra spontanea et mera voluntate sanoque et maturo super eo, cum honorabilibus Viris et Dominis Petro Decano, Bernharo Archidiacono, Joanne Custode pluribusque aliis Canonicis nostris Ecclesie Lubucensis, tunc in Furstenwald capitulariter congregatis, prehabito consilio — — concedimus, assentimus et indulgemus, vt in hereditate seu Oppido dicto Przeworsko, sito in Districtu Jaroslauensi, appropriato nostre Lubucensi Diocesi, noua Parochialis Ecclesia, in honore Beate Catherine Virginis, per — — Dominum Joannem de Tharnow, Palatinum Sendomiriensem, tunc Capitaneum Terre Ruffie, fundetur et de nouo erigatur, — — — omnes decimas, que de ipsa hereditate siue Oppido Przeworsko pretacto et de villis locatis vel de nouo locandis, cultis et colendis, que infra limites hereditatis Przeworsko comprehenduntur, — — — nobis et mense nostre Episcopali debentur, — — in toto indulgemus et remittimus. — — Donantes, incorporantes et appropriantes huiusmodi decimas — — prefate ecclesie Sancte Catherine et eius Rectoribus — —. Ceteris decimis extra limites hereditatis in Przeworsko nobis et successoribus referuatis. In cuius euentiam et robor firmitus presentes literas, nostri et Capituli nostri Lubucensis sigillorum appensione, fecimus communiri. Datum in Furstenwald, Anno Domini M. CCC. XCIII, die XXVIII. Mensis Aprilis.

Wohlfürst II, 20.

LXXX. Johann, Bischof von Lebus, bestätigt den Verkauf des Schulzengutes zu Schweinbraten im Halt Großburg, am 19. August 1394.

Nos Johannes, Dei gratia Episcopus Lubucensis, recognoscimus — quod accedens presenciam validi viri Nicolai Mraz, fratris nostri, procuratoris et prouisoris honorum nostrorum in Borg, qui subscripta a nobis habuit in commisso, Henzyl Obenblos, Scultetus in Schweynbrode non coactus — — confessus est et publice recognouit, se suo heredumque suorum nominibus vendidisse — dictam suam Sculteciam ibidem in Schweynbrode districtus Wratislauensis cum duobus mansis agrorum et vna thaberna, nec non cum omnibus pertinenciis ad eandem, pro certa pecunie quantitate. Et resignauit in manus dicti Nicolai Mraz, fratris et procuratoris nostri, conferendam Matthie, quondam Sculteto in Bresiez, ementi pro se ac suis posteris et successoribus legitimis vniuersis. Ita quod idem Matthias emtor et Sculteti pro tempore mediam sexagenam grossorum Pragenium in Sancte Walpurgis et mediam sexagenam in Sancti Michaelis festiuitatibus sese continue sequentibus singulis annis nobis et successoribus nostris soluere teneantur. Nichilominus dictus Matthias et Sculteti pro tempore colligere et exigere debeant a rusticis et incolis ipsius ville in Schweynbrode census et redditus quoscunque, ipsosque nobis aut pro-